



F<sup>i</sup>ldericus filius fuit Philippi Electoris, atq<sup>z</sup> du  
cissæ Bauariæ, ducis Ludouici filiæ, qui natus  
est anno Christi 1487. Hic cum fratribus honeste e-  
ducatus, atq<sup>z</sup> optimis literis imbutus fuit. Cum au-  
tem Ludouicus senior frater parenti in electoratu  
successisset, ipse sese in bellis Italicis exercuit, atq<sup>z</sup>  
Maximiliano Cæsari gratissimus fuit. Postea cum  
Carolus anno 1519 Cæsar eligeretur, Fridericus di-  
gnus fuit habitus, ut honesto comitatu in Hispaniam  
ablegaretur, quò Carolo electionem signifi-  
caret, eumq<sup>z</sup> hortaretur, ut delatum Imperium su-  
sciperet, & omni mora postposita in Germaniam  
perueniret. Eum Carolus humaniter excepit, atq<sup>z</sup>  
inonita executus, Fridericum honorifice à se donatum dimisit, eumq<sup>z</sup> deinde  
semper in optimorum amicoru<sup>m</sup> numero habuit. Itaq<sup>z</sup> factum ut Dorotheam  
postea regis Daniæ Christierni filiam, ex Isabella Cæsaris sorore neptem, uxo  
rem acceperit. Cum autem sacer ob uitæ seueritatem regno pelleref, atq<sup>z</sup> Fri-  
dericus patruus succederet, noster Palatinus omnem operam adhibuit, ut in  
saceri locum admitteretur. Copijs quoq<sup>z</sup> conductis grauia bella cum Danis  
gescit, atq<sup>z</sup> ferro & igne earum ditionem uastauit. Verū cum nulla auxilia a-  
liunde haberet, ipseq<sup>z</sup> Cæsar bello Gallico detineretur, re infecta discessit. In  
ijs tamen nuptijs Ottoheinricus ex fratre Ruperto nepos, qui proximum ius  
post Ludouicum patruum ad Electoratum habebat, suo iure cessit, atq<sup>z</sup> in hu-  
i usmodi casu Friderico ob rerum peritiam prærogatiuam attribuit, ea tamen  
lege, ut ipse ei succederet. id quod etiam factum est.